

Wien, Österreichische Nationalbibliothek (ÖNB), Cod. 735

Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. II. Pars I. Wien 1799.

715

C O D I C E S A P

716

rius productum fuisse puto, sed excidit Membranā. Distinguit *Anacletum* a *Cleto*, inter *Felicem I.* et *Eutychianum*, nescio quem *Potianum*, interserit, cui dat *annum I.* *mensem I.* *diem I.* *Sabinianum* facit *Fabianum*, *Theodorum* omittit, pro *Dono Bonum* et pro *Conone Bononem* scribit. Plures ejusmodi Catalogos utroque *Vol.* indicavi.

CCCXXXIII.

R. 20 Codex membraneus lat. Sec. XIII. Folior. 232. f. per duas columnas non una manu, nitide sed multis compendiis vocum exaratus, minioque distinctus varia complectitur D. *Augustini* Opera partem genuina, partem spuria, quorum haec series: I. *Incipit liber questionum sancti augustini episcopi octoginta quinque.* Repone trium; ita enim Autor ipse L. I. *Retract. c. 26.* qui locus etiam ipsi Codici una cum Elencho Quaestionum praefixus est. At vero Elenchus iste praeterquam, quod ordine Quaestionum ab edit. Maur. T. VI. differat, omissa Q. XXXI. quae *Ciceronis* locus est, tres alias inserit, qua ratione utique Quaestiones Octoginta quinque conficiuntur. Inserit autem Q. XLV. *De magis pharabonis*, Q. LXIV. *Eum*, qui ut uult uiuit, beatum esse, et Q. LXXX. *De passcha*, quae irrepserunt e *Libro adseritorum* XXI. *Sententiarum a Maurianis* in *Append.* T. cit. col. I. merito reposito, ubi locum IV. I. et II. tenent. Cum autem Edi-

tores hi non nisi unum Exemplar ms. se nactos dicant, e Cod. nostro sequentia observo. Q. XLV. seu IV. pro *beneficium impetrare legit perpetrare*, et *inferiores potestates pro aeriae*. Q. LXXX. seu II. *ut invictus comprobetur pro virtus comprobetur.* *Quarta decima luna pro die.* *Malitia corrupta pro malitiae corruptae.* *Corpora quippe pro corque jecurque.*

II. fol. 24. sequitur: *Expositio quarundam propositionum ex epistola pauli apostoli ad romanos.* *Sancti augustini episcopi.* Praeit etiam hic *Censura e L. I. Retract. c. 23.* ipseque *Liber* incipit: *Sensus hi sunt in epistola ad romanos pauli apostoli &c.* et finit: *Quorum deus venter est.* Ut edit. cit. T. III. P. II. col. 901.

III. fol. 30. p. 2. *Incipit Liber Augustini de penitentia.* Initium: *Quam sit utilis et necessaria penitentie medicina &c.* Sermonem CCCLI. fecerunt *Mauriani* T. V. col. 1350.

IV. fol. 34. praevio loco L. II. *Retract. c. 6.* *Incipit liber primus confessionum Augustini.* Initium: *Magnus es domine et laudabilis nimis &c.* Finis Lib. XIII. *Sic invenietur, sic aperietur. Amen.* Ut edit. cit. T. I. col. 69. Sed nobis adhaeret: *Oratio augustini de primo libro soliloquiorum* hoc initio: *Deus uniuersitatis conditor presta mibi &c.* et fine: *habitatem beatissimi regni tui. Amen.* Itaque *Libri* praedi*ti Capita 2.—6.* ut T. cit. col. 355.

V. fol. 79. p. 2. *Augustinus de diffinitionibus ecclesiasticorum dogmatum.*

Wien, Österreichische Nationalbibliothek (ÖNB), Cod. 735

Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. II. Pars I. Wien 1799.

717

P A T R I S T I C I .

718

matum. Praemissus est locus e L. II. de Praedestinatione Sanctorum, seu Dono Perseverantiae, qui extat T. X. edit. cit. col. 821. et quidem a verbis n. 55. Neminem volo sic amplecti omnia mea &c. usque ad n. finem. Tractatus ipse init: Credimus unum deum esse &c. Verum Gennadium Massil. autorem habet, ideoque merito a Maurianis amandatus ad Append. T. VIII. col. 75. Lege, si lubet, praeviam ibi Admonitionem.

VI. fol. 81. Biga Epistolarum Augustini, quarum prior, Ad Probatam de orando Deum, altera, ad Paulinam de uidendo Deum. Illa incipit: Petuisse te, et promisisse me recolens &c. et est T. II. edit. cit. CXXX. col. 382. Haec: Memor debiti quod ex tua petitione &c. et est CXLVII. col. 473. Posteriorem Autor ipse L. II. Retract. c. 41. bis Librum adpellat.

VII. fol. 92. Incipit liber Augustini de mendacio. Initium: Magna questio est de mendacio &c. Finis: ut possitis sustinere. Extat T. VI. col. 419.

VIII. fol. 99. p. 2. praemisso loco L. II. Retract. c. 4. et Prologo hujus initii: Sunt precepta quedam tractandarum &c. Incipit primus liber de doctrina christiana. Ita: Due sunt res quibus nititur &c. Finit quartus: quantulacunque potui facultate differui. Extant T. III. col. 1.

IX. fol. 129. Incipit liber sancti augustini de uera religione. Initium: Cum omnis vite bone ac beata via &c. et finis: ipsi gloria seculorum. Amen. T. I. col. 747.

X. fol. 143. p. 2. Incipit liber sancti Augustini de diuinatione demonum. Initium: Quodam die in diebus sanctorum &c. et finis: quantum dominus adiuuat, respondebimus. T. VI. col. 505.

XI. fol. 146. Triga Epistolarum Augustini, quarum prima, ad Consentium de resurrectione carnis, hoc initio: Quantum ad oculos attinet corporales &c. est T. II. CCV. col. 767. Altera, ad publicolam, hoc initio: Estus animi tui posteaquam didici &c. est XLVII. col. 110. Tertia, ad ytalicam, hoc initio: Non solum litteris tuis uerum et ipso referente &c. est. XCII. col. 227.

XII. fol. 150. Incipit liber Augustini de patientia. Ita: Uirtus animi, que patientia dicitur &c. Finit: donatum est caritati. Ut T. VI. col. 533.

XIII. fol. 153. p. 2. praevio loco L. II. Retract. c. 64. Incipit liber sancti Augustini de cura pro mortuis agenda. Initium: Diu sanitati tue coepiscope uenerande &c. Finis: mea responsio defuisset. Ut T. VI. col. 515.

XIV. fol. 158. p. 2. Incipiunt questiones orosij ad sanctum augustinum. Initium: Licet multi ac probatissimi uiri &c. Finis: qui preeesse desiderat, non prodeesse. Subposititiae sunt, et a Maurianis in Append. T. VI. col. 7. rejectae, quorum Admonitionem praeviam consule.

XV. fol. 164. praemisso Prologo, qui incipit: Extorsisti mibi dulcissime fili optate &c. sequitur Disputatio augustini contra felicium.

manuscripta.at

Wien, Österreichische Nationalbibliothek (ÖNB), Cod. 735

Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. II. Pars I. Wien 1799.

719

C O D I C E S

720

num. Initium: *Nam cum ante hos dies pariter &c. et finis: ceperit retribuere mercedem. Vigilio Tapſensi restitutam collokarunt Mauriani in Append. T. VIII. col. 39. inscriptam: Liber de Unitate Trinitatis.*

XVI. fol. 169. Triga. *Sermonum*, quorum primus, *de penitentia* incipit: *Penitentes, penitentes &c. et est T. V. Sermo CCC-XCIII. col. 1506. Secundus, qui inscribitur de ymagine, nihil est aliud, quam Caput XXXV. Libri de Spiritu et Anima, cuius initium: Tanta dignitas humane conditionis &c. ut habes in Append. T. VI. col. 49. ubi simul ex Admonitione praevia discis, quot Autoribus tributus fuerit olim consarcinatus ille Liber, cuius Caput modo memoratum in Codice non parum ab editis variat. Tertius inscriptus de resurrectione, et incipiens: Resurrecio et clarificatio domini nostri ihesu christi &c. reiectus est in Append. T. V. ubi n. CCLII. col. 413. comparet.*

XVII. fol. 170. p. 2. *Incipit liber (seu Epistola) beati augustini ad eutropium et paulum episcopos de perfectione justitie hominis. Ejus initium: Caritas uestra, que in uobis tanta est &c. et finis: anathematizandum esse non dubito. Habetur T. X. col. 167.*

XVIII. fol. 177. *Incipit liber beati augustini de correctione (correptione) et gratia. Ita: Letis litteris uestris valentine &c. Finis: cooperit multitudinem peccatorum. Ut T. X. col. 749.*

XIX. fol. 184. p. 2. *Incipit de predestinatione diuina. Distinguendus Liber a genuino de Praedestinatione Sanctorum. Praefens hic extat in Append. T. X. col. 49. inscriptus de Praedestinatione et Gratia suspecti Autoris. Ejus initium: Cum sacrarum uoluminibus litterarum &c. Finis: contumacie uoragine decidamus.*

XX. fol. 188. p. 2. *Incipit liber beati augustini de immortalitate anime. Initium: Si alicubi est disciplina &c. Finis: de quo dictum est, probatur. Additur locus e L. I. Retraet. c. 5. Extat T. I. col. 387.*

XXI. fol. 192. *Pentas Epistolarum. Prima Augustini ad Macedonium: Negotiosissimum in republica virum &c. T. II. n. CLIII. col. 524. Secunda Macedonii ad Augustinum: Miro modo afficior &c. T. cit. n. CLIV. col. 535. Tertia rursus Augustini ad Macedonium: Quamvis sapientiam, quam mibi tribuis &c. T. cit. n. CLV. col. 536. Quarta Augustini ad Largum: Accepi litteras eximietatis tue &c. T. cit. n. CCIII. col. 764. Quinta Alypii et Augustini ad Maximum: Cum a sancto fratre et coepiscopo &c. T. cit. n. CLXX. col. 608. Verum haec abrumpitur in verbis: et illi soli servies.*

XXII. fol. 196. *Incipit liber beati augustini ad aurelium de operre monachorum. Initium: Jussioni tue sancte frater aureli &c. Additur in fine locus L. II. Retraet. c. 21. ut T. VI. col. 475.*

XXIII.

Wien, Österreichische Nationalbibliothek (ÖNB), Cod. 735

Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. II. Pars I. Wien 1799.

721

P A T R I S T I C I .

722

XXIII. fol. 201. *Incipit Liber augustini de predestinatione sanctorum.* Initium: *Dixisse quidem apostolum scimus &c. ut T. X. col. 789.*

XXIV. fol. 208. *Liber idem, qui n. XVII. relatus est.*

XXV. fol. 215. *Incipiunt capitula libri enchiridion. beati augustini ad laurentium primicerium ecclesie urbice de fide et spe et caritate.* Sunt numero 125. in editione vero T. VI. col. 195. numerantur tantum 122. Initium ipsius Enchiridii: *Dici non potest dilectione fili &c. In Codicibus, quibus usi sunt Mauriani, non videatur occurrisse τὸ Ecclesiae urbicae.*

CCCXXXIV.

R.3119 Codex membraneus lat. Sec. XII. Folior. 103. 4. non una manu, bene tamen exaratus, rubro distinctus, et prius *sandæ Marie in pomgartenberge*, varia complectitur, et I. quidem *Incipit enchiridion. i. manualis liber Sancti Augustini episcopi.* Praeit Elenchus Capitum LXXI. Initium est: *Dici non potest fili Laurenti &c.* ut saepius jam utroque *Vol.* relatum est, et T. VI. col. 195. edit. *Maur.* habetur, quacum Codicis lectio probe consentit. Extat hoc Opusculum a me germanice red-

ditum inter *Denkmaale der christlichen Glaubens - und Sittenlehre* T. I. P. 2.

II. fol. 62. seu p. 123. *Incipit Soliloquium Hugonis (Victorini) de discretione et anima.* Melius Dialogus inter has, cuius initium: *Loquar secreto anime mee &c. ut saepius dixi, et videre est edit. Rothomag. Opp. T. II. p. 223. ubi de Arrha Animae inscribitur, et Praefationem habet.*

III. p. 143. *Visio driðelini uiri dei quam scribit beda presbyter in gestis anglorum.* Et rursus ad calcem: *Explicit Visio driðelini uiri dei. Narrat eam Beda L. V. c. 13.* neque nomen Viri *Driðelmus*, anglosaxonice *Drybthelm*, nisi sub finem narrationis usurpat. Excerptum nostrum incipit ibi: *Hic aliquamdiu mortuus primo tempore noctis scilicet diluculo reuiuscens ac repente residens &c. et definit ibi: me repente inter homines uiuere cerno.* Ejusmodi per Purgatorium, Infernum et Coelum Peregrinationes non semel mihi visae sunt *Danti Aligerio* ideam *Divinae suae Comoediae* subpeditasse.

IV. p. 148. Versus quidam pii. Primi de Mercede aequali Operarum Matth. c. 20. *Vinea culta fuit &c.* Tetraastichon secundum adscribo:

*Est aliquando bono bene, ne grauius superetur,
Est male, quo maculas lauet, aduersisque probetur.
Est aliquando malo bene, quo grauius feriatur,
Est male, quo redeat, uel ut hic quoque iam patiatur.*